

1511. a. 2. Junij

229

Sigism: 1. Rex Poloniae Stanislaus
Kmita de Wisznice Palatino Rus-
siae

91
Accepimus Lras Sinceritatis Tuae, ex quibus
cognovimus illam sollicitam esse de bono Sta-
tu Nro; quod nobis pergratum ab illa accidit.
Quod vero etiam sollicita sit ex rumoribus de ho-
stibus, ut contra eos parata sit defensio, gra-
tam habemus curam et vigilantiam ejus de
Regno servando, Quam hortamur, ut omni stu-
dio salutis ejus consulat. Nos etiam paulo
ante scripsimus ac mandavimus Capitaneis, ut
proclamari facerent, ut omnes Nobiles ad bel-
lum obligati equos et arma parata haberent,
ut cum opus fuerit, primis vestibus requisiti,
se cum tertia parte vel cum tota expeditione
moveant. Hoc etiam ipsum Sua Sinceritas,
si adhuc non fecit, educi et proclamari in
suo Capneate faciat, Et si quid ejusmodi
ab Exploratoribus suis ex Podolia habet, fa-
ciat Nos de eo certiores. Datum in Prussia
2. Junij 1511.

